

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas n
cum fonte primo

Animus intuens uera, peritus
fugiendorum ac petendorum, non ex
opinione sed ex natura precia rebus
inponens,

asperis blandisque pariter inuictus, neutri
se fortune submitbens, supra omnia
que contingunt acciduntque eminens,

imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis
frangat, quem nec attollant fortuita nec
deprimant: talis animus uirtus est; hec
eius est facies.

(Seneca) LXVI. epistola.

Animus intuens uera, peritus
fugiendorum ac petendorum, non ex
opinione sed ex natura precia rebus
inponens,
toti se inserens mundo et in omnis eius
actus contemplationem suam mittens,
cogitationibus actionibusque intentus ex
aequo, magnus ac vehemens,
asperis blandisque pariter inuictus, neutri
se fortunae submitbens, supra omnia
quae contingunt acciduntque eminens,
pulcherrimus, ordinatissimus cum decore
tum viribus, sanus ac siccus,
imperturbatus intrepidus, quem nulla vis
frangat, quem nec attollant fortuita nec
deprimant – talis animus uirtus est. Haec
eius est facies,
si sub unum veniat aspectum et semel
tota se ostendat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 66, 6-7 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.182, ll.13-24).